

**I**sta est distinctio. xliij. huius quarti libri. In qua magister postquam superius egit de impedimento propter iniquitatem carnalis. Hic agit de impedimento propter iniquitatem spirituales. Et quatuor: circa hoc facit. Primo enim ostendit quomodo consanguinitas et affinitas etiam cognatio spiritualis impediunt matrimonium. Secundo quomodo ex baptismo et confirmatione cognatio quedam contrahitur propter quod matrimonium in se dissolvitur. Tertio quod vir et uxor licite de baptismo propter simul leuare non possunt. Quarto quomodo tertie vel quarte nuptie nec prohibite nec damnabiles existunt. Quintum facit a principio distinctionis usque ibi spirituales filii sunt. Secundum ab inde usque ibi. Sicut etiam querit. Tertium usque ibi. Sciendum etiam. Quartum usque ad finem distinctionis. In speciali sententia magister stat in quatuor propositionibus. quarum prima est hec. **M**atrimonium impediunt consanguinitas et affinitas et etiam spiritualis germanitas. Hanc magister insinuans proponit primo post predicta dicendum esse de cognatione spirituali. que etiam redditur foras illegitimas ad probrandum. Distinguit autem tria que propinquitate dicuntur matrimonium impediunt. scilicet consanguinitatem et affinitatem et spirituales. propter iniquitatem. Et dicit consanguinitas est inter eos qui iunguntur in linea generis. Affinitas autem sunt qui non generatione sunt coniuncti sed mediante coniunctione carnali sunt sociati. Sed spirituales propter iniquitatem dicitur illa que est inter comparatorem pueri carnalem et matrem spiritalem. et inter illos quorum unus alterum de sacro fonte leuauit. aut in cathedrizatione vel in confirmatione tenuit. et inter filios eiusdem hominis carnales et spirituales. **S**ecunda propositio est hec. **D**umtaxat ex duobus sacramentis. scilicet baptismo et confirmatione spiritualis cognatio oritur ex qua matrimonium contractus dissolvitur. Hanc magister insinuans dicit. **S**pirituales filii sunt quos de sacro fonte leuauimus vel quos in confirmatione tenuimus. Dicitur filius vel filia spiritualis ipsius sacerdotis. qui vel que et sua pectus co-fecerunt. vel quam baptizat. quod autoritatibus probatur. **P**ostea dicit quod comater et pater sibi in matrimonio coniungi non possunt. vel pater spiritualis filie spirituali. nec mater spiritualis filio spirituali. et si factum fuerit debent separari. Si autem post legitimum matrimonium contractum alter coniugum infidelse. scilicet ab alio separetur filium de sacro fonte leuauerit aut in confirmatione tenuerit. non propter hoc sunt separandi. qui autem hoc fecerit penitentia castigandus est. **P**rohibet tamen contra hoc magister per quasdam autoritates que expresse dicunt eos qui de lauacro natos susceperunt separandos esse. Magister autem soluit illa dicta esse ad terrorem: ut sine opere teneant. non autem quod ita sit sciendum ut ille autoritates loquuntur de illis qui prius coniuges fuerint filios suos vel virorem de fonte sacro susceperunt. **P**ostea dicit quod filii spirituales vel adoptiuu alicuius naturalibus filiis non possunt coniungi in matrimonio. quod autoritatibus probatur. **Q**uidam tamen volunt tantum intelligere de illis filiis quibus comparatorem facti sunt. **D**e illis vero qui ante paternitatem vel paternitatem sunt conceduntur licite et legitime coniungi possunt. et pro his facta autoritas Urbani pape. **Q**uedam tamen autoritas dicit etiam post paternitatem genitos copulari non posse. **P**ostea querit utrum quis comatrem uxoris sue post eius obitum in uxorem ducere possit. **E**t respondet quod non. quod autoritatibus confirmat. **P**rohibet tamen contra hoc per quasdam autoritates quarum dat intelligentiam. **T**ertia propositio est hec. **A**ir et mulier uxoris eius non possunt licite puerum de baptismo suscipere. Hanc insinuans querit. **S**i uxor simul cum viro debeat in baptis-

mo puerum suscipere. **E**t respondet per autoritatem Urbani pape quod non. **Q**uarta propositio est hec. **T**ertie et quarte et quinte nuptie non sunt damnande tamen prime sunt solemniter venerande. Hanc enim propositionem magister insinuans dicit. quod non solum prime nuptie sunt licite. sed etiam secunde nuptie et tertie quarte et quinte damnande non sunt. **Q**uod etiam autoritatibus probatur. **Q**uam autem apostolus bigamos a sacerdotali honore excludit. hoc non facit pro tanto vitio bigamie sed pro sacramenti signaculo quod ibi non seruatur. **U**nde etiam prime nuptie sub benedictione celebrantur. **E**t tunc in speciali.

**D**e resurrectionis et iudicii conditione. a

**D**istremo de conditione resurrectionis et modo resurrectionum. nec non de iudicii et misericordie qualitate breuiter differendum est. **O**mnibus questionibus que de hac re moueri solent satisfacere non valeo. resurrectionem tamen carnem omnium quicumque nati sunt atque nascuntur et morituri sunt et morientur nullatenus ambigere debet christianus. **A**ir enim **E**stias. **R**esurgent mortui et resurgent qui erunt in sepulchris. et apostolus **R**olum. vos ignorare fratres de deo. vix non cognoscit ceteri quod spem non habent. sed resurrectionem. hoc enim vobis dicit in verbo. deo quod nos qui viximus non per eos qui dormiunt. **Q**ui ipse deo in iussu. et in uocem. et in tu dei desce. de ce. et moriturus in christo sunt resurrexerunt. **D**einde nos qui viximus. si. ra. cum illis in nubibus. obuiam christo in aera. et sic semper cum domino erimus. **H**is verbis et veritas resurrectionis et causa atque ordo resurrectionum preclarissime insinuat.

**D**e voce tube. b

**C**ausa enim resurrectionis mortuorum erit vox tube que in aduentu iudicii ab omnibus audietur. et cuius strute excitabuntur mortui. et de monumentis resurgent. **U**nde propheta. **D**abit voci sue vocem virtutis. id est effectum resuscitandi mortuos. **E**t **I**ohannes euangelista ait. **V**enit hora in qua omnes qui in monumentis sunt audient vocem filii dei et procedent qui bona fecerunt in resurrectione vite. quod mala egerunt in resurrectione iudicii. **S**i vero querit cuius vel qualis erit vox illa. **A**postolus dicit quod erit archangeli. ipsius christi quod est princeps archangelorum. **U**el vox erit alicuius vel plurium angelorum. **E**ademque dicitur tuba. quia erit manifesta et nouissima quod post eam non erit alia. **H**ec tuba